inundatione aquarum actione pro maiori, litis et dictis quibusvis Regali-
bus in quemcumque sensum obtentis latis et proferendis neque penis quibusvis
Statuti differendi prolongandi atque se excipiendi ad munimenta quevis
lectoria ad Evictorem vel Evictores quosvis dillationes tam et pro ma-
iori dillationem non petendi omnibus Motionibus Appellationibus earumque
per adiectiones prosequutionem se Successoresque suos uti abrenuntiant
Evasionibus quibusvis penis trium et ter trium marcarum prescriptio-
nibus fatalibus abusibus Dillationibus generaliter omnibus se Successoresque suos
uti abrenuntiant nihilque sibi penitus in auxilium contra Inscriptionem pre-
sentem assumendi sub amissione sue Successorumque suorum totius causae
sequitur luitionis praefatae vadii et vadiorum quibus solutis utique Inscriptionis
praesentis et omnibus eius contentis satisfaciet et satisfacient, tonsquam
opus fuerit sub alio vadio. Nulla in premissis omnibus prescriptione Terrae
defectu et abusu Inscriptionis praesentis taciturnitate et diuturnitate tem-
poris in premissis obstante.

Wylamowsczi et Blazo-

wski recedunt ab Intercisa et Inscriptione qua est roboratae

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren.
Capitulis Praemisliensibus Generosi Stanislaus et Jacobus Wylamow-
sczy fratres germani filii olim Generosi Laurentii Wylamowski ab
una et Andreas Blazowski Mijsowicz partibus ab alta a pal-
latinatibus Terrae Districtibus Iuribusque suis quibusvis propriis ac
foro competenti recedendi huic vero praesenti Castrensi Praemisliensi iuris-
ditioni se cum Successoribus bonisque suis omnibus iurisque quo ad hunc actum
attinet incorporandi et subiectionem meum et corpore sanus existentes pure
pala ac per expressum recognoverunt et quilibet pars ex eis seorsum
pro interesse suo recognovit, Quia ab Intercisa seu Scheda papirea

manibus eorundem partium pertinet subscriptae tam et Inscriptione Ca-
strensi Praemisliensi qua eadem Intercisa est roboratae partes utrique
mutuo et invicem recedunt ac eandem Intercisam seu Schedam et In-
scriptionem qua est roboratae tam lucra pro lucra ratione quarumcumque Condi-
tionum ad Inscriptionem eandem coram quocumque Iudicio seu officio Regni
obtentae cum omnibus eorundem Conditionibus punctis clausulis et ar-
ticulis cassant annihilant mortificant obliterant muto et invicem
perpetue et in aevum sibi ac Successoribus suis pro premissis omnibus
agendi ea repetendi perpetuum imponendi silentium hac sua praesenti
recognitione mediante quod mentis firmatum est

Wylamowski transfu-
dit Blazowski

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren.
Capitulis Praemisliensibus Generosus Stanislaus Wylamowski filius
olim Generosi Laurentii Wylamowski a Pallatinatibus Terrae Distri-
ctibus Iuribusque suis quibusvis propriis ac foro competenti recedendi
huic vero praesenti Castrensi Praemisliensi iurisditioni se cum Successoribus bo-
nisque suis omnibus iurisque quo ad actum et effectum praesentis Inscriptionis atti-
net incorporandi et subiectionem meum et corpore sanus existens pure
pala ac per expressum recognovit Quia de omni ac integro iure suo
et Inscriptione Terrae Praemisliensis per Generosam olim Catherinam Primarum
Nuptiarum olim Generosi Nicolai Mlodeczki Secundarum vero nuptiarum
Consortem Generosi Andreae Blazowski iam vita functa ipsi tam et
Generoso Jacobo Wylamowski fratri suo germano coniunctim una In-
scriptione super summam sexingentorum florenorum pecunie monete Poloniae factae
cum omnibus eiusdem Inscriptionis Conditionibus punctis clausulis et ar-